Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sit. Hec in proueribus locutus sum
uobis. Venit hora cum iam non in pro
ueribus loquar uobis sed palam de
patre meo annuntiabo uobis. In illo
die in nomine meo petetis. Et non
dico uobis quia ego rogabo patrem
de uobis. Ipse enim pater amat uos
quia uos me amastis et credidistis
quia ideo exiui. Exiui a patre et uenio
in mundum. Iterum relinquo mun
dum et uado ad patrem. Dicunt ei
discipuli eius. Ecce nunc palam lo
queris et proueribium nullum dicis
Nunc scimus quia scis omnia et non
est opus tibi ut quis te interroget.
In hoc credimus quia ideo existi. Re
spondit ihesus. Modo creditis. Ecce
uenit hora et iam uenit ut dispe
rgamini unusquisque in propria. et me
solum relinquatis. et non sum solus
quia pater mecum est.

XVII

Hec locutus sum uobis ut
pacem in me habeatis. In
mundo pressuram habetis.
sed confidite quia ego uici mundum
Hec locutus est ihesus. Et suble
uatis oculis in celum dixit. Pater
uenit hora. clarifica filium tuum ut
et filius tuus clarificet te sicut de
disti ei potestatem omnis carnis ut
omne quod dedisti ei det eis uitam
eternam. Hec est autem uita eterna
ut cognoscant te solum deum uerum
et quem misisti ihesum cristum. Ego
te clarificauui super terram. Opus
consummaui quod dedisti mihi ut
faciam. Et nunc clarifica me tu
pater apud temetipsum claritate quam
habui prius quam mundus fieret
apud te. Manifestauui nomen tuum
hominibus quos dedisti mihi de
mundo. Tui erant et mihi eos de
disti et sermonem meum seruauue
runt. Et nunc cognouerunt quia om
nia quecumque dedisti mihi abs te sunt. quia
uerba que dedisti mihi dedi eis. et
ipsi acceperunt. et cognouerunt uere
quia a te exiui et crediderunt quia
tu me misisti. Ego pro eis rogo non
pro mundo. sed rogo pro his quos
dedisti mihi quia tui sunt et mea
omnia tua sunt et tua mea sunt et
clarificatus sum in eis. Et iam
non sum in mundo et hi in mundo
sunt et ego ad te uenio. Pater sce
serua eos in nomine tuo quos de
disti mihi ut sint unum sicut et no
mum sumus. Cum essem cum eis
ego seruabam eos in nomine tuo
quos dedisti mihi et custodiui. et
nemo ex eis periit nisi filius perditi
onis. ut scriptura impleatur. Nunc
autem ad te uenio. et hec loquor in mundo
ut habeant gaudium meum implet
um semetipsis. Ego dedi eis sermo
nem tuum et mundus eos odio ha
buit. quia non sunt de mundo sicut
et ego non sum de mundo. Non rogo
ut tollas eos de mundo. sed ut ser
ues eos a malo. De mundo non sunt.
sicut et ego non sum de mundo. Sanc
tifica eos in ueritate. Sermo tuus
ueritas est. sicut tu me misisti in
mundum et ego misi eos in mundum
Et pro eis sanctifico me ipsum
ut sint et ipsi sanctificati in ueritate.